

em non manisse; adhibuit enim fuisse, tanquam signum sanitatis corporis, ut significaretur, quemadmodum solent à medicis corpora oleo recreari, ita ab Apostolis à morbis curata fuisse virtute, gratiæque diuina, quæ solet in sacris sepe literis olei nomine declarari. Quid eiusmodi opus erat signo, cum sequuta flatim sanitas fidem faceret? quam poterat quidem oleum non augere, sed abrogare existimantibus hominibus, qui oleo adhibito agrotos sanari viderent, non virtute vlla diuina, sed naturali olei proprietate curari? Non solemus ad significanda, quæ oculis cernimus, uti signis. Non vtebantur oleo, inquit Apostoli, ut firmitatem miraculo confirmari significarent, sed vt declararent non sua, sed Christi virtute sanare morbos. Istud enim dicitur: bñrde, nam neque oleum id potest significare, aliena virtute curationem fieri, & potest significare contrarium, neque propria, neque aliena, sed naturali ipsius olei virtute fieri. Deinde si ea de causa oleo Apostoli vsi fuissent, non solum in curandis morbis, sed in omnibus prorsus perficiendis miraculis vsi fuissent. Nec enim minus conueniebat, vt omnia miracula, quam morborum curationis ostenderent se non sua, sed Christi virtute facere, Et si virumque ostendere conueniebat, melius id poterant verbis ostendere, declarareque, quam oleo, quemadmodum fecisse legitur Petrum. Act. 3. 6. *Argentum & aurum non est mihi. quod autem habeo, hoc tibi do.* In nomine Iesu Nazareni surge, & ambula, & Paulum Act. 16. 18. *Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea.* Præterea si hanc ob causam Apostoli oleum adhibebant, cur alij Christiani, atque discipuli, qui Christi virtute curant morbos curabant, non adhibebant? Neque enim soli Apostoli, vt & scriptura 1. ad Cor. 12. 9. & experientia docet, curationis donum habuerunt; atque solos Apostolos oleo vsos fuisse legitur. Cur ergo, rogabit aliquis, nullum Christum agrotum adhibito oleo curasse legitur, Apostolos legitur, nisi quia ideo Apostoli oleo vtebantur, vt significarent se non sua, sed Christi potestate curare morbos? Ita quidem ratione, ne baptismus quidem sacramentum erit, sed alienæ symbolum potestatis: Nam neque Christum quemquam aqua legitur baptizasse; quin legitur non eum, sed Apostolos baptizasse Ioannis 4. 2. Non ergo medicamentum, sed ceremonia. Videmus nunc an à Christo instituta fuerit. Primum quis credat Apostolos non iussos à Christo ceremoniam vllam in faciendis præsertim miraculis vsurpasse; vbi poterat eorum temeritatem non se quous effectus arguere? Deinde quis non videt voluisse hoc loco docere Marcum fecisse Apostolos in illa sua legatione quod à Christo iussu fuerant? Inter alia autem quæ eos fecisse scribit, ait agrotos vixisse oleo, id ergo vt facerent à Christo illis prescriptum fuerat. Denique si Christi institutio non fuisset, numquam Iacob. ea. 5. tam afferenter præcepisset, vt id à presbyteris Apostolorum in hoc officium successoribus obseruaretur, *infirmatur* (inquit vers. 14.) *quis in vobis inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum vngentes eum oleo in nomine Domini.* Non negant hoc hæretici, neque Catholicorum, quod sciam, qui quam, sed negant ideo hanc vñtionem institutam fuisse, vt esset sacramentum, nam & manus agrotis iussu imponi Marci 17. 18. & ipse imponere solebat; vt supra vers. 5. & cap. 5. 23. 41. & infra cap. 8. 23. 25. & Matth. 9. 18. 25. Hoc ad tertiam partem definitionis pertinet, an ita instituta fuerit à Christo vt esset ordinaria animæ medicina. Minime, inquit Caluinus, sed vt quoad diu in Ecclesia durare: curationis donum, eius symbolum & comes esset. Cur ergo, vt ante diximus, non omnes qui donum ha-

bebant curationis, ea vtebantur ceremonia? Cur Apostoli ipsi non in omnibus curandis agrotis vsi sint? Nam claudum quidem illum quem Petrus ad portam templi sanauit, oleo non vxit Act. 3. 6. Cur mortuos quos suscitabant, non vngent? Nam nec Petrus puellam illam, quam Act. 9. 48. nec Paulus illum adolescentem quæ exanimatum suscitauit Act. 20. 10. vnxisse dicitur. Cur denique Iacobus ea ceremonia non omnes, sed Ecclesie presbyteros vt iubet si à Christo non ideo instituta erat, vt verum sacramentum & ordinarium animæ remedium esset? Imposuerat Christus agrotis manus, oleo eos non vnxerat, iubet Iacob presbyteros agrotos vngere, manū imponere non iubet. Cur quælo, nisi quia manū impositio sacramentum non erat, sed externa quedam ceremonia ad tempus vsurpata; vñctio vero sacramentum erat, quod à solis oportebat presbyteris administrari? Nam quod hæretici solent dicere presbyteros apud Iacobum non facerentes, sed seniores populi vocari, & futele per se est, & multis à nobis locis refutatum, & ex illo ipso Iacobi loco, vt longius non abeamus, refelli potest. Cur enim cum de vñctione loquitur à solis presbyteris fieri iubet; cum vero de oratione, omnes omnino alios pro aliis orare præcipit, versu 16. nisi quia presbyteros sacerdotis intelligebat, à quibus solis poterat vñctionis sacramentum administrari? Habet & spirituale promissio illa, id est, animæ curationis annexam, quod maxime solent in sacramentis hæretici requirere. Et si in peccatis fuerit (inquit Iacobus vers. 15.) remittitur ei. Itaque recte Chysostronus libro 3. de sacerdotio ex eo loco probat habere sacerdotis potestatem per sacramenta peccata remittendi. Nec vero vllum fuit vñquam ab Apostolis seculum, quo non pro vero sacramento habitum fuerit, vt ex eodem Chysostroni loco, & ex Innocentio prima epistola ad Decentium Eugubinum Episcopum cap. 9. & ex Beda hoc loco, & in commentariis, e. 5. Iacobi, tum etiam ex multis veterum Conciliorum decretis perspicuum est. Attune inquit nonnulli, nondum Apostoli sacerdotis erant, & non poterat sacramentum ab aliis dari, quam sacerdotibus; & illi ipsi non baptizatos tantum, nec solum moribundos & grotos, sed omne agrotorum genus caecos, mutos, debiles, & claudos vngent; sacramentum autem vñctionis nec nondum baptizatis, nec aliis, quam moribundis dari poterat. Miror quosdam Auctores tam leui ratione in retenti momenti à vera communione sententia discedere, & Christo legis auctori legem imponere. Potuit enim, qui legem tulit pro suo arbitrio lege vti. Nam & vt soli sacerdotis baptizant, nisi aliud necessitas postulet, præceptum est Christi, qui solos iussit Apostolos baptizare, & ex illis ipis vnus Diuus Paulus affirmat se non ad baptizandum, sed ad euangelizandum missum esse. 1. Cor. 1. 17. & legitur tamen Apostolos, antequam sacerdotis facti essent, baptizasse Ioannis 4. 2. Quæ enim ratione docent Apostolos, aut nondum baptizatos, aut omnis generis agrotos vñxisse sine vlla discrimine, cum nullo id scripturæ exemplo probare possint, & nos exemplis possumus probare contrarium? Nam certe Petrus claudum illum non vñxit, quem ad portam templi sicut eum curauit Act. 3. 6.

14. Et audiuit rex Herodes. Nomen, & famam Iesu, vt statim explicat euangelista, manifestum enim factum est nomen eius, & Matth. 23. 1. & Luc. 23. 9. 7. Tota hæc historia, quæ vsque ad verbum trigessimum narratur, apud Mattheum exposita est.

30. Et conuenientes. *qui vniuersi conueniunt ad congregandum iterum*

itur iterum ad Christum, sicut erant, antequam ad prædicandum mitterentur. Propterea enim dicit congregatos fuisse, quia prius versu 7. dixerat bios fuisse, huc illic in varias iudeæ partes ad prædicandum disspatos.

Renuntiauerunt ei omnia, que egerant, & docerant. Narratur enim ei, & quæ docuissent, & quæ miracula fecissent. Verum enim *renuntiauerunt* absolute posuit, pro facere miracula, vt Luca 9. 7. & Act. 1. 11. Præcepit illis Christus, vt docerent & docerunt miraculis confirmarent supra vers. 7. & Matth. 10. 7. & Luc. 9. 2. vtriusque rei reuerentes rationem illi reddunt. Quam ob causam incertum fuerit, vt illi à quo missi fuerant, rationem sue redderent legationis. Datum etiam concionatoribus exesopium, vt si quid concionatoris boni egerint, id acceptum referant Christo, Hieronym. Strabus, Theophylact. Id quidem certe, & vtili faceret, æquum fuit; & vnus eos fecisse credamus, quia facere deberent, magis æquum est. Sed aliam etiam suspicor fuisse causam, si licet ex exem-

plo coniecturam facere. Redibant à legatione sua gaudij animiq; pleni, quod res ex voto successisset: itaq; in Domino quidem gloriantes, sed gloriantes tamen videntur quædam docuisse, quæq; fecissent miracula Christo renuntiare, quemadmodum & septuaginta illi duo apud Lucam cap. 10. 17. Estimant Beda Apostolos non solum, quæ ipsi fecissent, docuisse, verum etiam, quæ Ioannes passus fuisset, quasi ignorantibus Christo renuntiasse, de ceptus, vt opinor, verbis Matth. 23. cap. 14. 12. Et attendentes discipuli eius tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud, & venientes nuntiauerunt Iesu. Non enim dicit Mattheus Christi discipulos, sed Ioannis de eius illi morte renuntiasse, quod idem ex Luca manifestum est: præterquam quod Ioannes multo ante fuerat occisus, quam ad prædicandum Apostoli mitterentur, vt apud Mattheum cap. 1. 1. disputauimus. Itaq; non poterat à predicatione reuerentes, quasi rem notam mortem Ioannis Christo renuntiare. Quæ reliqua sunt vsq; ad finem huius capituli, apud Mattheum declarauimus.

CAPVT VII.

I conueniunt ad eum Pharisei, & quidam de Scribis, venientes ab Ierosolymis. 2. Et Matth. 15. 1. cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus id est, non lotis, manducare panes, ut superauerunt. 3. Pharisei enim, & omnes Iudei, nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum: 4. & à foro nisi baptizentur, non comedunt. & alia multa sunt, que tradita sunt illis seruare, baptizata calicum, & arcorum, & examentorum, & lektorum: 5. & interrogabant eum Pharisei, & Scriba: Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem? 6. At ille respondens, dixit eis: Bene prophetauit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est: Populus hic labijs me honorat, cor autem (Isa. 29. d. 13.) eorum longe est à me. 7. in vanum autem me colunt, docentes doctrinas, & præcepta hominum. 8. Relinquentes enim mandatum Dei, tenentis traditionem hominum, baptizata arcorum, & calicum: & alia similia vobis facitis multa. 9. Et dicebat illis: Bene irritum facitis præceptum Dei, vt traditionem vestram seruatis. 10. Moyses enim dixit: Honora patrem tuum, & matrem suam. Et: Qui male dixerit patri, vel matri, morte moriatur. 11. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri, Corban, (quod est domum) quodcumq; ex me, tibi profuerit: 12. & vltra non dimittitis eum quidquam facere patri suo, aut matri, 13. resisdentes verbum Dei per traditionem vestram, quam tradidisti: & similia huiusmodi multa facitis. 14. Et aduocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite. 15. Nihil est extra hominem, & introiens in eum, quod possit eum coinquinare, sed que de homine procedunt illa sunt, que communicant hominem. 16. Si quis habet aures audiendi, audiat. 17. Et cum intrasset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. 18. Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare: 19. quia non intrat in cor eius, sed in ventrem cadit, & in feces exit, purgans omnes escas? 20. Dicebat autem, quoniam que de homine exeunt, illa communicant hominem, 21. Ab intus enim de corde hominum male cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, 22. furta, auaritia, nequitia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. 23. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & communicant hominem. 24. Et inde surgens abiit in fines Tyri, & Sidonis: & ingressus domum, neminem voluit scire, & non posuit latere. 25. Mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, introiit, & prociudit ad pedes eius. 26. Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt demonium ei eceret de filia eius. 27. Qui dixit illi: Sime prius satuari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. 28. At illa respondit, & dixit illi: Virg. Domine, nam & castelli comedunt sub mensa de micis puerorum. 29. Et ait illi: Propter hunc sermonem cade, exiit demonium à filia tua. 30. Et cum abiisset domum suam, & inuenit puellam iacentem supra lectum, & demonium exiisse. 31. Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilee inter medios fines Decapoleos. 32. Et aduenit ei surdum, & mutum, & deprecabatur eum, vt imponat illi manum. 33. Et apprehendens eum de turba, eosum, missi digitos suos in auriculas eius: & exprensus, tergit linguam eius. 34. & sufficiens in cœlum, ingemit, & ait illi: Ephphetha, quod est adaperire. 35. Et statim aperita sunt aures eius, & solutum est vinculum lingue eius, & loquebatur recte. 36. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant: 37. & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

IN CAPVT VII.

Et conueniunt ad eum. Non eo modo, quo Apostolos congregatos fuisse dixerat ea. 6. 30. Nam illi gratificati ad Christum conueniunt, isti illum inuenerunt, quasi manu facta conspicientes illum circum dant.

Venientes ab Hierosolymis. Hoc aut alterutra, aut utraq; fortasse de causa videtur Euangelista notauisse, aut vt Pharisaeorum, & Scribarum in calumnianda doctrina, utiq; Christi studio, diligentemq; declararet, qui vt eum capta alicunde occasione accusare possent, à Hierosolymis vsq; in Galilzam venerant. (sicut tamen de causa venerunt; neq; enim possunt de eorum animis iudicare) aut vt rationem tacite redderet, cur illi potius Pharisaei, & Scribae, quam qui in Galilza erant, ausi fuerint Christum reprehendere: quia cum Hierosolymitani essent, vnde omnis legis, & traditionum scientia petebatur, plus sibi auctoritatis, libertatisq; praesumebant. Hae historia copiosius à Marco, quam à Matthaeo narratur; à Luca vero proflus praetermittitur.

Cap. 15. in. 11.

Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius. Quid si omnes id facientes vidissent? Non debuerunt, quod omnes discipuli faciebant, vitio vertere magistro, quanto minus, quod non omnes, sed aliqui faciebant? et si non arbitror ideo Euangelistam dixisse quosdam, vt indicaret non omnes, sed aliquos tantum Christi discipulos solitos fuisse illos vesi manibus, sed potius vt inueneret non omnes, sed aliquos tantum à Pharisaeis visos fuisse ita vescentes, idq; satis fuisse hominibus ad calumniandum paratis, vt inde occasionem arripere non solum discipulos omnes, sed ipsum etiam Christum accusandi. Nec enim credendum est alios Christi discipulos illam Pharisaeorum de lauidis manibus traditionem consuetum esse seruare, cum diu iam versati cum Christo ignorare non possent, quam esset illa.

Communibus manibus, id est, non lotis. Quia pharisaei erat Hebraica, & Graece auribus peregrina, timens Graece scribens Euangelista, ne non satis intellexerit, exposuit. Communia vocant Hebraei, quae sancta & munda non sunt, quod liceat ea ab omnibus communiter & Iudaeis, & Gentibus, & mundis, & immundis contradari. Et mirum videri potest magis in nouo, quam in veteri Testamento, & magis Graece, quam Hebraice, aut Syriace loquentes auctores sacros ea uti phrasa. Quia ergo Pharisaei in lotionis manuum non solum corporis munditiam, verum animi etiam sanctitatem consistere putabant, illotas manus communes, id est, pollutas, prophanas, minimèq; sanctas appellabant. Illotas autem non quocumq; modo manus reprehendunt; neq; enim vero fuisse est Apostolos tam rustice fuisse moribus, vt fordibus omnino manibus cibum farenter, sed eas tantum, quae non ex maiorum ritu, religionèq; lotae essent, non solum à fordibus, sed ab omni etiam contactu prophanorum rerum, quales erant multae ex lege Moysis, & Pharisaeorum traditionibus munerabiles. Ritus autem erat, vt Theophylact. adnotauit, vt ad cubitum vsq; lauarentur.

Communia in scriptura.

Manducare panes. Notum omnem apud Hebraeos cibum פָּנֵים panem appellati. Pluraltatem, mihi videtur, vbi sunt numero, vt non aetum vnum, sed quotidianam consuetudinem significarent, quasi dicerent, non semel tantum necessitate aliqua compulsi, sed semper eos illotis manibus velci solere.

Vituperauerunt. Vituperauerunt. inculcauerunt. Potest hoc vel ad discipulos referri, vt Theophylact. re-

ferre, quod non Christum Pharisaei, sed eius discipulos accusauerunt; vel ad Christum. Mihi & Christum, & discipulos videtur accusasse; nam etiam non dicitur, quare tu communibus manibus panes manducas? sed quare discipuli tui? tamen Christum in discipulis potius, quam discipulos ipsos accusare voluerunt, quasi ab eo docti essent maiorum suorum contemnere traditiones. Neque enim aduersus discipulos, sed aduersus Christum odium ipsos, & inuidia stimulabat.

Pharisaei enim, & omnes Iudaei. Reddit causam reprehensionis; & Pharisaei Iudaei erant; itaq; satis esse potuit Iudaeos dicere, vt etiam Pharisaei intelligerentur; sed ideo, vt opinor, distinxit, vt Pharisaeos, quibus primus locum dedit, primos eius traditionis auctores, aut eius praecipuos obseruatores fuisse significaret.

Nisi cerebro lauerim manus, non manducant. Quid? nonne facta erat semel initio prandi lauare? erat consuetudo superflitione Pharisaeorum inducta, saepe etiam inter prandendum lauare manus, ne quem forte cibum, reme aliam praescripto legis mundiciam tetigissent, vt nonnulli tradunt auctores, & ex hydris in nuptiali illo conuiuio ad eum paratis vsum colligi potest Ioannis 2. 6.

Tenentes traditiones seniorum. Quas Hebraei לְמִשְׁנֵי אֲבוֹתָם Graeci δεσποσεις vocant; quae Scribae, & Pharisaei composuerant, quarum extat inter Iudaeos liber, praecipuumq;, vt innuma seruentur diligentia.

Et a foro nisi baptizentur, non comedant. vsq; ad vsq; & a foro, intelligitur partiticipium ἰδόντες venientes. Ideo autem ex foro potius, quam aliunde redeuntes lauant, quia in foro omnis generis homines versabantur, Iudaei, Gentiles; mundi immundiq;. Quidam adnotauerunt ideo Euangelistam vsum fuisse Graece verbo βαπτίζω, non ἰδόντες, vt significaret totos se conuulisse, cum ex foro redibant, in equam immergere, ne quid in corpore immunditie remaneret, id enim Graeco baptizandi verbo declarari. Magis non improbo, quam proba.

Baptizata calicem, & vitaeorum, & etiam entorum, & leuorum. Omnia nimirum, quae contradari prandentes erant, ne eorum attritione, si forte immunda essent, contaminarentur, prius e-luebant, itaq; lectos ab hoc loco non eos in quibus dormiebant sed eos, in quibus ad mensam accumbentibus, intelligo, quos Latini thoros appellabant. Reliqua, quae ad verbum 31. scribit Marcus, apud Matthaeum explicata sunt.

Et iterum exiens de sinibus Tyri. Dixerat supra versus 24. Christum se in sinibus Tyri, & Sidonis contulisse, ideo dicit iterum, non quod iterum eo inisset, iterum rediisset, sed quod iterum, vt saepe diximus, pro tutius accipitur, neque refertur ad verbum exiens, sed ad nomen Tyri, inquam si Latine dicas, & exiens ab insula sinibus Tyri.

Veni per Sidonem. Sic omnes fere Latini codices, & interpretes legunt, vt Hieronymus. Graeci fere omnes, & Syriaci ad hunc modum, Et iterum exiens à sinibus Tyri, & Sidonis venit ad mare Galilaeae. Quam electionem idcirco magis proba, quam sensum meliorem habet. Primum quidem credendum non est Christum in vrbes Gentilium ingressum fuisse, qui non nisi ad oues, quae perierant domus Israel, se missum dixerat Matth. 15. 24. quique Apostolia praecipere, in viam gentium ne abierit, Matthaei 10. 5. & supra versus 24. non dixit Marcus in Tyrum & Sidonem, sed in sinibus Tyri, & Sidonis abiisse. Nec nunc dicit eum à Tyro, & Sidone

Iudaeorum traditionis.

Citatus.

In descripti. locorum terr. va sancta.

done. Sed de sinibus Tyri, & Sidonis rediisse. Et si non ignoro Theophyl. Euthym. & nonnullos auctores alios contra sentire, & Brocardum scriptorem non indigentem ita loca quadam ad Tyri, & Sidonis portas, vbi Christus miracula fecerit, designata, vt non obscure significet eum in vrbes ipsas Tyri, atque Sidonis ingressum fuisse. Habeo sententias meorum auctores plures, atq; grauiores, quos apud Matthaeum c. 15. nominauimus.

Ad mare Galilaeae. Ad stagnum Genesareth, de quo supra c. 15. & c. 13. & c. 3. 7. & c. 4. 1. 3. 9. 41. & c. 5. 1. 21.

Inter medios fines Decapoleos. Iter habens.

Et adducunt ei surdum, & mutum. Non est haec eadem historia, atq; illa, quae à Matthaeo c. 9. 32. & à Luca 11. 14. narratur, vt apud Matthaeum disputauimus. Ille enim mutus daemoneum habebat; hic non habebat; & si Theophylact. & Euthym. hunc etiam de monium habuisse putant; sed id scilicet Euangelista non tacuit, quod ad commendationem miraculi maxime pertinebat. Nec eo sensu hac ceremoniam, dum baptizant, vitur Ecclesia, quae exiit hinc ea Christum ceremoniam daemoneum eiecit, aut ipsa ea ratione veli eiecit; sed vt doceret nondum baptizatum hominem ad verbum Dei surdum, ac mutum esse, debereq; & eius ad audiendum aures aperiri, & ad profertendum nomen linguae eius solui; atq; ita eos, qui baptizantur, Ecclesiae à susceptoribus offerri, sicut hic mutus, ac surdus Christo à cognatis, aut amicis oblatas est, praesertim infantes, qui neq; per se loqui, neq; ad Christum, nisi ab aliis afferantur, venire possunt. Nam & hic ideo ab aliis ad Christum adductus dicitur, quia nec venire per se ad eum, quem ignorabat, atq; loqui pro se poterat, & quo maxime indigebat, sanitate beneficium postularet. Videtur non omnino fuisse mutus, sed impeditus ad loquendum lingua, quia Graecè ὑποβλήθη, id est, agere, ac difficile loquentis appellatur. Et aliquando & audiuerat melius, & liberius loquutus fuerat; siquidem linguam dederat, qua simul vt sanatus est, loqui cepit: nisi credere velimus, & eam partem vnam fuisse miraculi, vt non modo impedita solueret lingua, sed sermone etiam eo gignio conferretur. Id etiam videtur Marcus versus 35. subindicare, cum dicit loquutum fuisse recte: veluti insinuas loqui quidem ante, sed non recte loqui potuisset.

Et deprecabantur eum. Sic etiam Gregor. legit homilia in Ezechielem 10. Graece tamen est παρακαθίζοντες, deprecantur eum; atq; ita etiam legendum esse Latine docet ea, quam temporum consequentiam Grammatici vocant. Alloqui dicendum fuit, & deprecabantur eum, vt imponeres illi manum.

Vt imponat illi manum. Manus illi à Christo imponi postulabant, aut quod scirent eum manuum impositione alios multos & grotes curauisse, supra c. 1. 31. & 5. 41. & 6. 5. & infra c. 8. 23. 25. & Matthaei 8. 3. 15. & 9. 25. & 19. 15. & Lucae 13. 13. aut quia vetus erat prophetarum, & sanctorum virorum consuetudo, vt inpositis sanarentur manibus, quod ne Gentiles quidem ignorabant, vt Naaman ille Syrus indicio est 4. Reg. 5. 11. inquit Naaman respondens dicens, Putabam, quod egredere etiam ad me, & si iam invocares nomen Domini Dei tui, & tangeres manum tuam locum leprosi, & curaret me. Hae dicit consuetudine alii etiam idem, vt faceret, Christum rogauerunt supra cap. 5. 23. & Matthaei 9. 18. & 19. 13. & infra cap. 8. 23.

Curatio a. grotorū per impositionem manuum.

Et apprehendens eum de turba (scorsum). Nemini, vt arbitror, hunc locum legenti non statim occurrit dubitatio, quam ob rem mutum illum Christus curandi causa à turba seorsum euerit, cum eius potius gloria postulare videretur, vt coram quam pluri-

mis testibus miraculum faceret. Huius rei Hieronymus, & Beda causam hanc afferunt, quod qui à Christo curari volunt, recedere à tumultu hominum debeant. Recte, sed allegorice, Chrysofost. apud D. Thomam, Theophylactus, & Euthym. vt fingeret ipse, & nobis fugendi aetiam dare exemplum. Nunquam enim coram aliis, nisi propter ipsorum utilitatem, miracula facere solebat. Alii, quod eos, qui tunc aderant, indignos, qui miraculum viderent, iudicauerit. At viderunt statim effectum. Alii, vt surdum, raurumq; curaturas remotos ab hominum coetu melius oraret; orasse enim ex versus 34. manifestum est. Credo ego eodem consilio Christum eum à turba hominum seorsum euerit, quo paulo post versus 36. praecipit illi, ex-teritq;, qui illius ad dixerat, ne cui diceret. Quod ipsum, qua ratione fecerit, illic exponimus.

Et misit digitos suos in auriculas eius. Duabus Christus in hoc miraculo faciendo ceremoniam non quidem necessario, sed certo iam in consilio vsus est. Nesci enim dubium est, vt Chrysofostomus, ait, quia poterit & sine digito contrahi, & sine salina curare. Quo autem consilio vtrumq; facere voluerit, non curiosè quaeri solet. Recepta apud bonos auctores sententia est, digito Christi Spiritum sanctum; salina diuina sapientiam significari. Nam cum Lucas c. 11. 20. dicit Christum dixisse, si in digito Dei eicio daemonia, Matthaeus c. 12. 28. dicit, eum dixisse, si in spiritu Dei eicio daemonia. Itaque digitus Dei & spiritus Dei vna res sunt; & diuinam sapientiam à Christo in nos, sicut ex capite saluam derivari. Ita Gregorius homilia in Ezechielem 10. Hierony. Beda, & Strabus in commentariis. Alii, vt qui hominem totam initio manu sua formauerat, totum per peccatum deformatum eadem, qua formauerat, manu reformaret. Chrysofost. apud D. Thom. Quorsum ergo salina? Melius Euthym. & Theophyl. vt ostenderet omnis corporis sui partes propter conuictam diuinitatem fuisse salutaris. Hanc ego rationem proba; nec enim alio consilio videtur Christus digitos hoc loco in aures fordi; salinam in os muti immisisse, quae quae solebat toto agrotantis corpore manus imponere, vt corporis sui efficacitatem declararet, cuius contra ad omnes curaret morbos; vt ex Cyrillo Alexandrino apud Matthaeum annotauimus. Videtur etiam voluisse Christus non semper aequaliter suam diuinitatem, potentiamq; declarare, quod non semper, etiam si nos causa lateat, conuenire iudicare. A quando solo verbo daemones eiecit, mortuos, exsuscitatos, ostendens se omnino esse Deum: aliquando tactu, salina, luto sanat agrotos, accommodans quodammodo potentiam suam ad modum agendi causarum naturalium, & ad sensum, & consuetudinis hominum. Quia ergo, qui surdi sunt, videntur re aliqua obturatas habere aures, mittit digitum in aures surdi, quasi clausas, & obturatas terebraturus, aut impeditum, quod in illis erat, ablaturus digito. Et quia, qui muti sunt, videntur ligata nimia siccitate habere linguam, palatoque adherentem, ideo loqui non possunt, sicut Propheta ille dixit, lingua mea adhaesi faucibus meis Psal. 21. 16. & alio loco, adhaeret lingua mea faucibus meis, id est, mutus siam si non meminerit tui, id est, mihi laudes tuas praedicauero Psal. 136. mittit salinam in os muti, quasi eius linguam humectaturus, salinam autem potius, quam humorem alium, quod humanam salinam multos ad morbos medicamentum esse, & quod salina humectari lingua, & mobilis, volubilibus fieri solet, nam & qui humidiores sunt cerebro, quia plus salinae habent, solutionem viderimus habere linguam. Itaque quaedam modum per metaphoram surdi aures clausas, & muta lingua gratis dicitur, ita & per metaphoram Christi digitum

digitum in aures surdi, saluam in os muti immisit. Hoc tantum interest, quod illa metaphora in verbis, hac in factis consistit. Putat Euthym. Christum duos digitos in duas surdi aures misisse, vnum dexteræ manus in aurem dextram, alium sinistræ in sinistram, propterea, vt opinor, quod Euangelista plurali vsu sit numero. Duos quidem in duas aures digitos immisisse probabile est, quia vtrius auri audiendi restituit facultatem; dexteræ vero manus digitum in dextram, sinistræ in sinistram misisse nulla ratio est, & est ratio aliqua contraria, quia cum Christus aduersus surdum, necesse erat, vt dextrum eius latus surdi sinistro, sinistram dextero lateri responderet. Nisi dicamus, quod nulla potest coniectura probari, transuersa in figuram crucis posuisse brachia, quod Patriarcham Iacobum filius Ioseph benedicens fecisse legitur, Genes. 48. 14.

Et expuens tetigit linguam eius. *Expuens*, & cum expulisset, tetigit (sub. salua) linguam eius. Non est credibile in os muti inspuisse, sed eum prius expulisset, sum ptam deinde saluam digito super mat. linguam imposuisse, id que ex Græcorum verborum proprietate colligitur. Alias etiam legitur Christum salua curasse cæcos, vt infra c. 8. v. 3. & Ioannis 9. 6. quibus in locis ea de re dicemus.

34. Et susiciens in colum ingemuit. *Vtrumq;*, & quod in colum suspexerit, & quod ingemuerit orantis fuit, vt Grego. homilia in Ezechielem 10. Beda, & Theophylact. existimant, Quamquam Chrysohom apud D. Thom. & Euthym. in commentariis gemitum illum dolentis fuisse putant humanam conditionem, atq; miseriam, quod ita hominibus deum non illuderet. Vtrumq; probabile est, vt & Theophylact. videtur. Minime opus erat Christo, vt oraret, & ægrois à patre gemitu etiam edico sanitate peteret, quam poterat per se ipse dare: sed tamen videmus eum, cum miracula quædam faceret, orare solitum, vt Ioannis 11. 41. 42. 43. eius rei causa quædam apud Ioannem à Christo ipso redditur. Pater, inquit gratias ago tibi, quoniam audisti me; ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumspicit dixi vt credant, quia tu me misisti. Ergo propterea nunc Christus, si ex nunc exemplo facere coniecturam licet, facturus miraculum Patrem orat, vt qui aderant, intelligerent se ab eo missum esse. Aliam rationem Gregorius homilia 10. in Ezechielem, Beda, Strabus, Theophylactus & Euthym. in commentariis afferunt, vt nobis, viderem faceremus, exemplum præberet.

Qui susiciens, inquit, Greg. in colum ingemuit, non quod ipse necessarium gemitum haberet, qui dabat, quod postulat, sed nos ad eum gemere, qui celo presidet, docuit, vt aures nostræ per dona sancti Spiritus aperiri, & lingua per saluam oris id est, per scientiam diuina locutionis solui debeat ad verba predicationis. Allegorice. *Ephphetha.* *Εφθηα* Ethphethach Chaldaicus est imperatiuus paluæ significationis, Latine aperire, aut aperiri esto, sicut dixit leproso, Mundare, id est, mundus esto, supra c. 1. 41. & Matth. 8. 3. & Lucæ 5. 13. Eodem loco vtrumq; Christus ostendit, vt obseruauit Beda, & se verum esse Deum, qui imperando curat morbos, & à patre tamen omnem accepisse potestatem, qui curaturus præcetur ille. Querunt quidam, quam ob causam Euangelista Chaldaicum verbum, quo Christus vsus est, retinuerit. Mirum, quam hoc loco ineptus sit quodam hæreticorum interpres, qui minime apud eos in epus dicitur, Ideo, inquit, fecit, vt indicaret nullam in verbo curandi vim fuisse, nosque superstitionis accularet, quod incertis quibusdam verbis vim esse aliquam existimemus. Fallor, nisi insanit. Si enim sanus fuisset, intellexisset profecto se contrarium sua illa ratione concludere debuisse. Si enim nulla in verbo vis erat, quid opus erat, vt

Verba Christi, qui in colum susiciens, inquit, Grego. homilia in Ezechielem, Beda, Strabus, Theophylactus & Euthym. in commentariis afferunt, vt nobis, viderem faceremus, exemplum præberet.

A Euangelista illud ipsum, quod Christus pronuntiauerat verbum & eadem, quæ ille pronuntiauerat, lingua recenseret, nisi vt doceret, quo veluti instrumento tam insignis Christum miraculo fecisset, quoque, qui eius personam geruit, similibus in rebus vti debeant? Nam & gladium, quo rex alius hostem deuicerit, diligenter eius polster conseruant, eorq; quoties possunt, libenter vti solent. Sed hæc non ideo disputamus, quod vera esse existimemus, sed vt istos rideamus irrisores. Non ita vim esse putamus implicatam verbis, vt si alterius lingue verbo idem significante sententia eadem proferatur, non sit vim eandem habiturum. Quin & baptismum & alia omnia sacramenta quæcunq; tandem lingua eodem modo sensu consecrantur, idem esse docemus, negamus tamen, quod illi magnam Christo faciente iniuriam irrisores dicunt, nullam eius verba vim habere, nec solum aliquam, sed etiam infinitam habere credimus; verbo enim eius calis firmati sunt, & spiritus oris eius omnis virtus eorum. Et si eius salua vim aliquam habuit, vt impeditam hominis muti solueret linguam, cum, vt Theophylact. ait, tantum sit corporis excrementum, multo profecto maiore eius verbum habuisse credendum est, quod voluntatis eius, quæ omnia perficit, instrumentum erat. *Dominus*, dicebat ille, non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur pedes meus Matth. 8. 8. Verum enim vero plus fidei Gentili ille Centurio, quam isti, qui solam fidem prædicant habebat. Sed eam vim nos non in sono, non in Græcis, aut Chaldaicis literis, sed in significatione, quæ Christi voluntat declaratur, collocauimus. Scimus quid Augustinus dicit, Non quia dicitur, sed quia creditur, non sonus transiens, sed verbum manens. Cur ergo Euangelista Chaldaicum verbum retinere voluit? vt maiorem, quemadmodum ego quidem arbitror, historiam suam conciliaret, & quod plus auctoritatis, plus maiestatis, plus venerationis ipsum à Christo Chaldaice pronuntiatum verbum habere videretur. Tanquam si nos Platonis aliquam sententiam profertentem non Latinis eam, sed Græcis ipsam omnino, quibus ille vsus sit, verbis recitemus, haud dubium, quin & augemus fidem, & orationi plus auctoritatis gratitudoq; adhibeamus.

35. Et statim aperit aures eius, & solutum est vinculum lingue eius & loquebatur recte. Exponit his verbis & celeritatem, & perfectionem editi miraculi. Celeritatem quidem, quod ad vnum Christi verbum non vlla interposita mora, sed statim consequutus effectus sit. Nimirum ille ipse dixerat Ephphetha, qui olim dixerat, & facta sunt; mandauerat, & creata sunt Psalm. 32. 9. Perfectionem vero, cum dicit loquebatur recte, id est, perfecte curatus est, non sicut ii, qui medicis arte curantur, in quibus solent plerumq; aliqua præteriti morbi reliqua remanere. Quod dicit de loquendi, id etiam de audiendi facultate intelligendum est; sed loquutum potius fuisse, quam auisil recte illum dixit, vt alluderet ad id, quod dixerat ver. 32. vbi eum rogant, ut egredere, ac diffuse loquentem appellerat, quasi dicit non iam difficile, impedite, que, vt ante loquebatur, sed recte, atq; expedite loquutum fuisse. Dicit autem aperta fuisse aures, & linguam solutam vinculum metaphorice loquens quæ in clausa aures, ligata lingua eius fuerit, quod surdi aures clausas, muti ligatam linguam habere videantur.

36. Et præcepit illi, ne cui diceret. Non solum ei, qui curatus fuerat, sed us etiam, qui eum ad Christum adduxerant, quia miraculo interfuerant, præcepit, ne quid dicerent. Quod, quo consilio fecerit, multis iam locis differimus supra c. 1. 44. & 5. 43. & Matth. 8. 4. & 9. 30.

Quanto

Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant. Græcismus est, quem maluit nos in terprete ad verbum exprimere, quam Latine loqui, quod magis ille ipse præcipiebat, tanto illi magis prædicabant. Idem alibi ab eo curat accidit Matth. 9. 30. 31. & supra c. 1. 44. 45. Vbi an aliqua in illis, qui prohibeant Christo eius miracula prædicant, culpa fuerit, disputauimus. Hoc loco recte quidem Theophylact. excusat. D. Augustinus libro 4. de consensu Euangelistarum c. 4. & Beda in huius loci commentariis videntur existimare non serio Christum prohibuisse, ne quid dicerent, sed potius, vt magis ad dicendum incitaret; nitimur enim in verum. Et vt alius exemplum in ipsis præberet, debere eos à se non prohibitos ipsius miracula omnibus enarrare, cum illi, qui prohiberebant, tam diu generantur. Difficile creditum est. Cur ergo prohibebat, si sciebat id non esse fa-

A tuos? Cur nobis præcepta tradit, quæ nos non obseruauimus noui? Facillime, quod debet, quod in se est, quamuis non ignoret nos, quod debemus, multum quod in nobis est, minime facturos. 37. Et eo amplius admirabantur. Hoc non solum ad eos, qui ad Christum surdum, & mutum adduxerant, sed etiam ad eos, qui ab eis, quid factum fuisset, audiebant, referri potest. Est enim quasi applausus & acclamatio ea, quæ audiebant approbantium. Id etiam ex Matth. c. 9. 33. simili apparet exemplo. Eiecto, inquit, demonio loquutus est mutus, & mirata sunt turba dicentes, Nisi quis apparuit sic in Israel. Bene omnia fecit. Quali dicant, nihil in eo reprehendi potest, quemadmodum Pharisæi reprehendere conantur; nihil enim facit, quod bonum non sit, quod que non in maximum hominum reddat beneficium: quod distribute exponunt, Et surdi fecit audire, & mutos loqui, G. 20. 21. id est, facere solet.

CAPVT VIII.

In diebus illis iterum cum turba multi esset, nec haberent quod manducarent conuocatis discipulis, ait illis. 2. Misericor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. 3. Et si dimisero eos ieiunus in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longe uenerunt. 4. Et responderunt ei discipulis sui. Vnde illis quæ poterit hic sanare panibus in solitudine? 5. Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. 6. Et præcepit turbe discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turba. 7. Et habebant pisciculos: & ipsos benedixit, & iussit apportari. 8. Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. 9. Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos. 10. Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, uenit in partes Dalmanutha. 11. Et exierunt Pharisæi, & cæperunt conquire eum eo, quod dicitur ab illo signum de celo, tentantes eum. 12. Et interrogauit spiritus, ait: Quid generatio ista signum querit? Amen dico uobis, si dabitur generationi ista signum, 13. Et dimittens eos, ascendit iterum nauim, & abiit trans fretum. 14. Et obiti sunt panes sumere: nisi unum panem non habebant secum in nauis. 15. Et præcipiebat eis, dicens: Videte, & caute a fermento Pharisæorum, & fermento Herodis. 16. Et cogitabant ad alterutrum, dicentes: Quia panes non habemus. 17. Quo cognito, ait illis Iesus: Quid cogitatis, quia panes non habetis: nondum cognoscitis nec intelligitis? adhibe cæcatorum habetis cor uestrum: 18. oculos habentes non uidetis, & aures habentes non auditis: Nec recordamini, 19. quod quinque panes fregit in quinque millia: quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicitur ei: Duodecim. 20. Quando & septem panes in quatuor millia: quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicitur ei: Sex. 21. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis? 22. Et ueniunt Bethsaida, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret. 23. Et apprehensa manu eaci, eduxit eum extra vicium: & expuens in oculos eius imposuit manus suis, interrogauit eum si quid uideret. 24. Et respiciens, ait: Videro homines uelut arbores ambulantes. 25. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cepit uideo, & restitutus est ita ut clare uideret omnia. 26. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam, & si in vicium introueris, nemini dixeris. 27. Et egressus est Iesus, & discipuli eius in castella Cæsariæ Philippi: & in uia interrogauit discipulos suos, dicens eis: Quem me dicant esse homines? 28. Qui respondit uni illi dicens: Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij uero quasi unum de prophetis. 29. Tunc dicit illis: Vos uero quem esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus. 30. Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo. 31. Et cepit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multis, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus, & Scribis, & occidi, & post tres dies resurgere. 32. Et palam uerbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cepit increpare eum. 33. Qui conuersus, & uidens discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retro me satana, quoniam non sapi quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. 34. Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis: Si quis uult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. 35. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdidit animam suam propter me, & Euangelium, saluam faciet eam. 36. Quid enim proderit homini, si lucratur mundum totum, & detrimentum anime sue faciat? 37. Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua? 38. Qui enim me confusus fuerit, & uerba mea in generatione ista aduulera, & peccarice, & filius hominis confundetur eum cum uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. 39. Et dicebat illis: Amen dico uobis, quia si quis de his stiterit, qui non gustabit mortem donec uideat regnum Dei uenire in uirtute. 40.

IN CAPVT VIII.

In diebus illis. Sub idem tempus, qd de industria stat ex uersu secundo, & ex Matthæo capite 15. 32. dicere uidetur Euangelista, ne qui existimet certum diem notare uoluisse; aut significare ea, que sequitur eodem omnino die, quo ea, quæ superiore capite dicta sunt, accidisse. Non enim eodem die, sed trium dierum spatio hæc illa facta sunt, vt cõ-

Math. 15. 32
33.
Math. 16. 4
1.
Luc. 11. 6. 54
Math. 16. 4
10.
Sup. 6. 42
10. 6. 11.
Math. 16. d
38. & 16. d
Luc. 9. c. 23.
& 17. 33.
Ioan. 11. d
33.
Marc. 10. d
31.
Luc. 9. c. 26.
& 12. 4. 9.
Math. 16. d
Luc. 9. c. 2.